

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Libido f
cum fonte primo

In serico et in pannis eadem libido
dominatur nec regum purpuram timet,
nec mendicantium spernit scalorem,
multoque melius est
stomachum dolere quam mentem,
imperare corpori quam seruire, gressu
uacillare quam pudicitia. Nec statim
nobis penitencie subsidia blandiantur
que sunt infelicium remedia; cauendum
est uulnus quod dolore curatur.

Ieronymus in epistola ad Saluinam.

de eodem cuncti facti sumus luto, isdem
compacti exordiis: et
in serico et in pannis eadem libido
dominatur nec regum purpuras timet
nec mendicantium spernit squalorem
multoque melius est
stomachum te dolere quam mentem,
imperare corpori quam seruire, gressu
uacillare quam pudicitia. nec statim
nobis paenitentiae subsidia blandiantur,
quae sunt infelicium remedia. cauendum
est uulnus, quod dolore curatur.

Hieronymus Stridonensis, *Epistulae*, 79,
10, 1-2 (CSEL 55, I. Hilberg ed., p.99,
ll.8-14).